



BIBLIOTECA  
COMUNALE  
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI  
DI TRENTO  
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE  
**CARITRO**  
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

*Madrutia tempe seu gentis, ac virtutis Madrutiae palmaria decora quae cum illustrissimus et reverendissimus Carolus Emmanuel Madrutius episcopus Tridentinus, S.R.I. princeps authoraretur Societas Iesu Tridentina publico plausui voce prosa & versa exornavit, Trento, Giovanni Alberti, 1629.*

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op a 24

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/128>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Disc T. 6. 842

4

BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

T

I-Op

a

24

K 1114958  
D 1114932

T  
I  
p  
a  
24

k 1114938  
D 1114932





MADRVTIA  
TEMPE

SEV

GENTIS AC VIRTVTIS

MADRVTIÆ

PALMARIA DECORA

QVÆ CVM

ILLVSTRISSIMVS ET REVERENDISSIMVS

CAROLVS

EMMANVEL

MADRVTIVS

EPISCOPVS TRIDENTINVS,

S. R. I.

PRINCEPS AVTHORARETVR

SOCIETAS IESV TRIDENTINA

Publico plausui voce prosa & versa  
Exornauit.

---

TRIDENTI, Apud Ioannem Albertum.

Anno Domini. M. DC. XXIX.

*Superiorum Permissu.*

M A D R A V T I A  
T E M P E

G E N T I S A C V I R T U T I S  
M A D R A V T I A E  
P A M M A L I A D E O R A  
L O V E C O M

C A R O L V S  
P A M M A N V E L  
M A D R A V I V S  
E M O R G E L I D I N T I V S

E R I C  
L I N C O L N A U T H O R I A R I A  
S E C U N D A S I V T O R I A  
L I N C O L N A U T H O R I A R I A  
L I N C O L N A U T H O R I A R I A

C A R O L O  
EMMANVELI  
MADRVTIO  
EPISCOPO AC PRINCIPI  
TRIDENTINO  
SOCIETAS IESV TRIDENTINA

Feliciter viuere, & regere.

**N**osti, Illustrissime, & Reuerendissime CAROLE, quam Nostrorum *Quadrimestre* *Quadrimestre* adolescentibus, ac propemodum *Quadrimestre*. Necdum enim primum effluxit Lustrum; cum Apollini nostro MADRVTIIS, & aliorum Fauonij's adspirantibus, Nouam Musarum Coloniam huc Tridentum adduximus. Illorum sanè non ingratis, qui è bono publico dudum fore ominabatur, si hac in Vrbe Societati IESV pateret Lyceum, in qua Orbis Catholici Patres Patrie olim plenis, ac veluti Centuriatis Comitibus, Institutum eius Orbi laudassent, tamquam formandæ eruditioni ac virtuti publicæ peropportunum.

Hæ porro in diem grandescunt, mordendo hinc Laurum Apollinarem, & inde Fontem bibendo Aganippæum. Quid? eo iâ coctum docto pectus opimo Illis accrescit, vt ex Helicone haustus, Ipsa Pegasæi Caballi Vngula grandiores sicciant; quos Famæ Publicæ, Madrutiorum præsertim Honorissitenti propinent. Nec ex facili credas, Illustrissime Carole, quàm Illæ gaudij tripdioteneris licet etiamum vngulis gradientes exilierint; cum au-

4  
ctore illa Romana Fama, inaudiere, Purpuratum illum Tuunt  
Magnum Patrum, haftenus in Tridentino Curriculo delafatum,  
Vite ac Virtutis Tibi Lampada tradidiffe.

Sic enim suo se voto lenfim compotiri sentiebant, quod ipsis  
etiam incunabulis, ad Honoris et Fortune Tuae Aras fecerant, vt  
aliquando possent ab Ipfo etiam Augustissimo Imperatore discere,  
Te Ipsius, ac S. R. I. Principem salutare.

Quod cum nuper didicerint, Te hodie, inter plausus publicos  
Salutando, ea vocis contentione festum illud faustumque Prin-  
cipibus SALVE! FELICITER! PERENNITER!  
ingeminant, vt si fit in his Tempe Tuis resonabilis Echo; om-  
nia Tridenti Psittacorum plena videri possint, qui non vnum  
Caesari xps, vt olim, sed aliud ex alio Tibi acclament.

Ac vt Caesariano Psittaco eas loquentiores esse, aliudque,  
vltra suum xps, nosse experireris: Ipse Antecessorem Tuum,  
D. Vigilium, mortis postliminio in vitam & Scenam reuocauere  
vt nimirum pro Theatro etiam Diuorum aliquem haberes, qui  
MITRAM Tridentinam gratularetur Tibi, & praferret.

Quid? hoc etiam ingenio suo mains sumpserit; vt Hæc  
Madrutia Tempe tumultuario quasi opere conderent; in quibus,  
quod miretis fortean, Mercurius & Polymnia Te Tibi ipsi, ac  
Tuos Tuis; imò etiam alijs, qui nec videre, nec adesse pos-  
sunt, ostendunt.

Plura ex Tridentino Lyceo moliri voluissent Musæ, vt par  
aliquid praesentibus Auspicijs reperirent: Sed ingentis Volun-  
tatis currentem Rotam sufflaminauit impar virilis earum: quæ  
si aliquando Zephyris tuis adspirantibus, magis virefcet, pote-  
runt quod non audent; & quod iam non possunt, audebunt.  
Tu interea, ex voto Ipsarum viue, vale, & perenna!

Tridenti pridie Solemniorum M. DC. XXIX.

AD VENÆ SPECTATORI LECTORI

**V**erò quisquis spectatum oculis, Hæc Madrutia Têpe aduenisti, vt vno statim, extralimen videas, quod vtroque poteris intra; In eis, visu potius, quàm gressu palabundus, cernes aliqua, quæ calamo suo Aganippedes, aliqua quæ Cælo suo Praxiteles expressere, vt cerneres.

I. Primodum omnium, admitteris in Astræe Comitium, vt quo consilio, qua Faba Carolus Emmanuel Madrutius in Episcopum ac Principem Tridentinum lectus sit, non ignores.

II. Hinc, cum Mercurio Diuum Interprete, & Polymnia Tridentinorum Musa, ad limen Madrutiorum Tempe accedes; & quod in eo Emblematicæ exlatum, intelliges.

III. Inde patebit in ipsa Tempe ingressus: vbi silendo, audies quid vnà Mercurius & Polymnia sermonentur de Palmarijs Madrutiorum Virtutibus, inter Arbores iurentibus. Nempe

*Nobilitate Annosa ; Herculeæ Fortitudine :  
Sapientia Apollinariæ ; & Theseana solertia :  
Prudentia Vlyssææ ; & Clementia Traiana  
Religione Entheæ ; Curru & Auriga Principum.*

IV. Denique spectabis sidera aliquot loquentia, Carolum Principem munerantia. Ne autem Bone lector, mirare Mercurium & Polymniam Voce prosa, & versa mixtim loqui. id faciunt suo arbitrio, ac more veteri: Sicuti Tu, cum amænâ locorum ob ambulas, vteris lingua, si non qua voluisti, certe quâ nouisti. Sed iam, si placet incomitiaberis.

COMI-

COMITIVM  
DE  
CAROLO MADRVTIO  
IN PRINCIPEM TRIDENTINVM

LEGENDO



Vis tandem Superum, vel qualis Rector in Orbe  
Tentoncis etiam gereret modo sceptra sub oris  
Nescio, Tenaria quid certabatur in aula:  
Et forte, in longam se se demergere licem  
Quæstio capisset, ni istas penetrasset ad arces  
Pama volans: veducom Superis repodasse relictis  
Astræam terras, iterumq; adducere mores,  
Quos vel de probis notus corruperat, alter  
Zollis, aut raptus quæ nullis curulla  
Impius effundens Phlegetontius ille minister  
Lutberus sparsit, seu quas vitiumq; pudorq;  
Calumnæ scelerum socius (par nobile fratrum)  
Ructant nigras fatali murmure tufes  
Hærescon condus promusq; similima Echidne  
Bestia defundens iam quidquid Cerberus olim  
Eiectum nigro terris de pure reliquit.  
Hinc meliora tamen rediisse ad tempora leges,  
Quando Fernandus nulli bene dicitur secundus  
Tentonicum soleat tam sanctis moribus orbem  
Incretare, quibus iam tandem ex ordine versis  
Templa suis atiam reddantur, multa colonis  
Gaudeat, & raptam Præsul reuocare thiaram,  
Annosq; pedum exilia, veteresq; sacrorum  
Iure olim acceptos iterum sibi poscere censur,  
Quos turba illa diu piceo retinebat in vngue  
Que olim à Romano deficit turpiter albo.  
Audijt hoc inquam, Cuculus Stygis, atq; feroci  
Ira disruptus mox funderè fronte furores

Capit, Et iratam per verba reuoluere linguam  
Vix potis, has demum velut inter tympana pressas  
Collegit rabidus pragnanti pectore diras  
Et, puto, si tantum licuisset, forsitan arvo  
Tandem felle omnem voluisset mergere terram,  
Tot fluctus ire, simul & tot flumina bills  
Preferat & cetera totus subter fermenta iaceret;  
Quas etiam accendit maiori fulmine diras  
Quando Tridentinos Aethraam accedere muros  
Fama erat, illa etiam certissima, est his quoque in oris  
Concilio lectus capiat sibi lampada Princeps

His iterum pressus curis sic arbiter Orci  
Quid faceret? medius vellente crepare furore  
Nil inuat, indictum vel disturbare senatum?  
Non licet, ergo alio pulsare hec aquora remota  
Cogitat, atque dolis fartas submittere fraudes,  
Vt solet, ac multam specioso vellere vulpem  
Vendere sub lanis ouium, moresque pelagosos  
Cretensi subito fabricare in imagine formas  
Cum sciret quae olim tulit sibi damna Tridentis  
De sua concilio tot lecti munera patres  
Fecere, ac pulchra hinc alias decreta sub oras  
Mittentes totum prope fractis moribus orbem  
Per sacros rituum duxere ad limina libros

Quare omnem magis quamprimum passibus Orcum  
Conuocat, inde raens mox ad subsellia sese  
Adhuc quicquid vaporum Tartara turba  
Incolit, huc properat quamprimum astutus Ulysses,  
Sisyphus ipse etiam quo nemo dolosior unquam  
Vixerat, hucque volat Pyrrandrica turba, senatus  
Annibalis, tellis repit Bisphellio tergis,  
Atque frequens Culicum Eolys vestita Meandris  
Longa cohors, rapido gestans sub pectore vulpem  
Quaeque prior satagens accedere. At unica cunctos  
Inter praestabat notissima fabula, fraudis  
Sine doli genus (nobis docitare Politem  
Mos est, vel melius bene credo Politicus ille

Spiritus

Spiritus auditur ) notissimus Hektor in aulis  
 Magnatum, vix nota tamen sub vellere pica,  
 Quae, quodcumq; lubet, licitum putat, omnia tello  
 Dum lateant, etiam vel maxima crimina mento:  
 Ergo hunc in dictos legatum destinat agros,  
 Qui Astraea inceptos propius turbare labores  
 Possit, & ad stomachum potius sibi querere factum  
 Principem, & in versis conamina frangere votis:  
 Inde illi occultam cantavit cetera in aurem,  
 Ut liceat fausto haec quam primum absolueri vento;  
 Non opus astutam multis persundere verbis  
 Coccycen, fuerat tamen ipsa paratior omnem  
 Docta suo dudum retinebat pectore fraudem.

Quare abis à multo plusquam canitator Orco  
 Nuntius: it scelerum virtutis nomina iactans,  
 Turba comes, rueluti rectissima Hypocrisis, illa  
 Pica Sagax timidam sese mentita columbam,  
 Impietasq; pia quo nescio telta Catane,  
 Harefts ipsa probum de vulstu iudusa Solanem,  
 Sicq; Tridentinis iam tantam appetunt vira  
 Legatus vulpem teltus, quiddq; omnia multam  
 Virtutem saperet, facili succedere caussa  
 Concilio permissus erat quoq; , rut aufer olores  
 Inter visus olor, seu teltus asellus ad aures

Vix dum presentem commota est questio ad urnam,  
 Cum subito presens elevari pede motus & alia  
 Mercurius chartas inter bona verba ferebat,  
 Unde Tridentinus caperet sibi lampada Princeps,  
 Quemq; etiam optaret sic doctus Namine Casar,  
 Carolus is fuerat descriptus virgine charta  
 Madrutius Princeps, hinc urna volabat in ore  
 Vox eadem cunctis seposita protinus urna:  
 CAROLVS ille pedo dignus succedere Princeps  
 Vivat, & annosam videatur cornere mitram  
 Sed quid ad hos. noster tandem garrire fauores  
 Legatus? promptum est mendacia fringere Vlyss,  
 Ille graues simulans quamprimum pectore curas:  
 Non properanda mora est, vcniam date, non decet vna

Has undat pulsare mora, melioribus istud  
Consilij iteretur ait, nec grandia in uno  
Fata volent vota. nam serò plurimus ille  
Pœnituit certè quando numerauerat exta:  
Conuenit esse Ducem, non omni, ut plurima, censu,  
Sed qui multa bonus possit mala, & omnibus vnus  
Acidem esse, aliquem norit se Protea sorti  
Reddere, non vnâ tantum simulare cupressum,  
At cunctis gratas in tempore fingere formas,  
Nixivum accipitri gratum, sed & esse columbae.

Non hæc finierat, cum fraudem Astræa notauit,  
Unde hic quoque malo properauerit Eolus antro,  
Nempe istum è stygia venisse palude Polyten  
Astitum Caculam, Caluini de grege Vulpem:  
Quando suberato coram proluderet auro,  
Et mixtum ambrosia deferret ab ore venenum;  
Quare hinc festinaret iter, meritumq; rediret  
Ad barathrum iussit, solito nisi compede plures  
Velles in antra dæmonum cœre menses.

Dixerat, & subitis etiam velocior Euris  
Inferni ardoris fugit, quiq; ante superbas  
Parturit montes, longo discedere naso  
Rhinoceros verè factus, debebat in altis  
Ire specus iterum, nisi forè abscondita in antris  
Iam noua substructis incendia fraudibus inflas.  
His inde exactis procul hinc ad Tartara curis,  
Astræa hoc etiam iussit rescire Tridentum:  
Qualis nempe illi dictatus Casare Princeps  
Virtutumq; chorus, votisq; emergere Praesul  
Sit visus, cui semper erat prudentia cordis,  
Quemq; penes steterat vigilantia, plurima semper  
Doctrina, & nati in cumis pro Principe mores:  
Qua ut melius posset depittis cernere saltis  
Vrbs hæc, quam primum iussa est succedere dictos  
Et cum Mercurio pulcherrima cernere Tempe  
Madrutia gentis, plus spectatura triumpho  
Delicias inter similes. Sic integer ille  
Virtutum cætus suauem se mergere capit

In finem, ac alias Astrea recedere in oras.  
 Madrutij's reliquas tamen hic subsistere in aulis  
 Mandavit Socias, operamq; subire creato  
 Ad Peda sacra Duci, rui tales tolerare labores  
 Possit, quos generant tam grandia munera, siue  
 Quas solet innumerat secum Infula ducere curas:



11

V E S T I B V L V M  
T E M P E  
M A D R V T I O R V M  
Q V O D M E R C V R I V S P O L Y M N I Æ  
E X P L I C A T .

*Merc.* **B**ene Athesi! Bene Tridento! Bene Bonis Omnibus!  
Habet enim hodie Carolus Madrutius, Tridentino - Athesina Facis Lampada: habet non Vnius Purpureæ Manus Romana fauentia; Sed Virtutum Tota Lubentia. Age verò, Polymnia! Dum Tuo Præsuli ac Principi Plausum alij, alij Prosceniû & aliud alij expediunt; Nos, in Vicina Tempe Madrutia, Seducamus spectatum, & quod suo cælo Myrones, & quod suo penicillo Apollis, & quod suo calamo Apollines Madrutie Virtuti, ac Fortunæ applaudunt, in Umbra. *Polym.* Volo ut vis, Mercuri; Imus!  
Te uti Præducem, Prælucemq; in eiusmodi opaca arborum, Sinuosa vallium, & abdita operum sequor. *Mercur.* Eccum? iam in coram sumus: ac Viden', ut istic sex inter columnas augusta se mole Diæta sublimet? ut amæna Arbos ex intervallo, alibi in quincuncem, alibi in alium versum se offerat?

D I V V S V I G I L I V S C A R O L O  
G R A T V L A B V N D V S .

*Poly.* Et Istuc, & aliud ex serena cæli Cortina prominulum video; Magnatem inquam, Mortali Vultu augustiorem, cum Ephabulo Antambulone nescio quo minaci Scutulo. Amabò qui illi?

*Mercur.* Tuos, etiam Diuos non satis nostris, Polymnia? Ille, Diuus Vigilus est: Quem ne Tridentino Gregi inuigilantem diutius viderent Barbari, Vi Lapidea obdormire quasi nollet æternam, ab hinc mille & pluribus annis, coegere; hoc solo miri, &

ri Artifices, quòd è suis lapidibus Martem expulserint Divi,  
& ex Silice plus quam adamantinâ, Gemmam illi nexue-  
runt corollam.

*Poly.* Ergò ipse est, quem, ut Carolus Princeps in publico loquē-  
tem audiat, Apollo Tridentinus in Theatrum postliminio  
mortis, producet, Magna dicturum & facturum. opinor,  
hic in vestibulo stat, tantum benè, sacrè, fausteq; *Carolo*  
*Successori* adprecaturus; & quidem illo Sandalio conspicuus,  
ut ostendat, non Romani Principis modo, sed Germani  
etiam Tridentiniq; esse, Magna facere, & Fortis pati.

*Merc.* Rem dixisti Polymnia: Sed audi etiam quid vna alia Mu-  
saram, occinat!

*Eminent* Etherea mitratus nube sacerdos,

*Et signante refert vota Beata manu.*

*Ligneus* ad laenam puto Calceus additur illi

*Quo Multis fato dicitur ipse suo.*

*At alij, melius saxo cecidisse putatur,*

*Fulcorius hinc lapidam vocant illa vana.*

*Non ut talem in Te vibraret, Carole, molem;*

*Ut solet Iteus mittere tela Deus.*

*Sed Tibi, quòd lapides potius coniungeret Ille.*

*Virtutes tantas Cum fabricare paras.*

## SIMON DIVVS PVERVLVS SCVTVM CAROLO PRÆFERT.

*Poly.* Recte! Sed quid è cælo *Simon Ephabulus* Ille, qui ne *Parmæ*  
inglorius *Alba* viueret, Genas Christi uni sanguinis sribun-  
da Recutiti, cum prius ad prælia, & Vulnera traxere quàm  
vlla facere nosset? Quid suo scutulo Patientiæ Insigni vult  
sibi, aut Carolo?

*Mercur.* En! *Parmula* purpureum sustollit dextera signum,

*Et clypeos etiam gestat honoram manu;*

*Hic forceps, hic pendet acus, stat fascia, culter:*

*Fer que sub diram debuit ipse crucem.*

*Offert sic pictam Tibi Carole, Pusio Parmam;*

*Et quæ Pastori sint toleranda, docet.*

*Poly.* Hem Mercuri!

Dum

*Dum furto innocuum distraxit Apella Puellum;  
Et pedibus gessit Mercurium, & manibus.*  
*Mercur.* Ludos me, & ludzos facis Polymuia serua dicta in eos  
& leueſa dicenda edicta. Nam.  
*Quando ſum in puerum hunc deſtrinxit Apella ſuorem  
Exiit & cultros; exiit unà hominem.*

## INSIGNIA CAROLO BENE AVSPICATA.

*Poly.* *Stemmata que video? Virtutis cerno colores  
Madrutia: cerno iam quoque Tres Aquilas.  
Non mirum, factus ſi ſis iam Carole Princeps.  
Cum Tibi tot fuerint PRINCFPS Omnes, Aues.*

## CAROLVS COLUMNA DOMVS.

*Mercur.* Sanè, Aquilarum Numero hoc Deus impare gaudet!  
videlis autem Polymnia, quiſnam modetiſſimo vultu  
Preſulum, ſub Intercolumniſe illis oculos tranſeuntis  
moretur? Nonnè iam Virtutis Palatium, quod Sapientia  
columnis ſeptem ſulciſe Tibi in mentem venit?  
*Poly.* Veniret, niſi columna Septima, quam nondum ſatis conſpicio,  
obſtaret.

*Tantum ego nam video Sex pulchrà mole Columnas  
ſic Hic flare ſublines; Septima ubi illa latet?  
Jam video! in medio Princeps ſtat Carolus, ipſe  
Qui modò Madrutia eſt magna Columna Domus.*  
**HERCVLES SVPPEDANEVS.**

*Mercur.* Audin' verò Tu, quam Hercules Suppedaneus, ex primo  
Veſtigio edat Vocem? *Ne Hercules quidem contra  
Duos ait.*

*Poly.* Audio, nec ex vano. Nam Sago, & Toga Gens Madrutiorum  
tot edidit Triumphos, quot vix equet Alcides  
Ecce! Ergo.

*Pyramis innumeris ſtat pulchrè compta ſub Armis,  
Qualia vix ullus munera Scena tulit.  
Hanc Purpureus circumdat Pileus; illam*

Mitra etiam gemmis ornata acuta suis.  
 Commendant multum memoranda Trophæa Sinistram,  
 In qua vis Spolij plurima vapta nitet.  
 Exuniq; circum pendent, & roboræ Martis,  
 Ut quondam Eneas Viftor ab hofte tulit.  
 In medio Alcides tacito sub murmure triftis,  
 Nefcio dicturus qualia verba, gemit  
 Non mea (fic inſiſte, credo) par dextra, duobus.  
 Deſendit Galea hinc, Pileus inde fouet.  
 Quis vult Madruçis Heroibus amulus eſſe;

Quando Toga atq; Sago tanta Trophæa ferunt?  
 Mer. Sed ne diei plus aliquid, in ipſo Veſtibulo cõburam<sup>o</sup> moncẽ  
 Ipſe Hoſtorũ Fores, quẽ ſpõre referando, Nos introuersũs ſpe-  
 ctatũ inuitat: Endogrediamur! Lano Auſpice, ac Die ceteris Limi-  
 naribus, & ſuper liminaribus propitijs.



INGRES:

INGRESSVS <sup>15</sup>  
MERCVRII & POLYMNIAE  
IN IPSA TEMPE MADRVTIA,

ET DECORA.

*Poly.*



*Il Viales, & Hortenses! in quos Elyfios, & Bellissimos vifus, Cāpos immitimur, Mercuri! Vno oculo iam, vnā intueri videor, & Veris pubertatem, & adolefcentiam & ftatis, & aultūmmittatis maturitatem, abfq; vilo hie mis fenio. Oculos iam Ipsa perdam, fi vagari, ex curiositatis arbitrio, illos hie permit-*

*tam; vifq; adeo varia florum, fæta arbotum, grata animaliu, decora Imaginum, & erudita Monumentorum varietas sub adfpectum cadit! Hoc fi Apollo Pater, fi Mufæ Sorores, Beatum Nemus arbitretur, lecio, ex Ipfo Parnaffo. Colominus itine nouam adducunt: tot medio Zephyrorum Fauentis, & alleceberis inuitat!*

*Mercur.*

*Agedum verò, Polymnia! gradum intro grandiamus, fpectaturi propius Madrutij Sanguinis ac virtutis Palmares Titulos, quos illic circumfecus Fama ex Arborum libris facit fpectabiles. Poly. Gradire Tu! fequar ego paffibus æquis: opus feftinato eft priusquā alios Aduenas laticlauios illos fpectatum huc inuitet Helperus.*

NOBILITAS MADRVTIORVM

ANNOSA.

*Merc.*

*Hem, quantā ex non magna Tabella Gentis Madrutix profapia Arbos modelta doceat, & paucis litteris nondum cubitalibus! Poly. Pròpe, iftud Cenfeam nimis modellè factum: fi huius æui hominum oculis intueamur, qui nec Gemmam aliquam fatis æftimant nifi multa arte exornent: quiq; vt ftemma fuum fpectabilius faciant, alieno etiam colore pingunt. Quid? eū Noui ficut homines, Antiqua Nobilitatis Symbola pro fuis gerunt. Et in domos Hortosq; fuos ex piffca*

B 2

Nobilitate

Nobilitate Insignia important: *Nempe Viraginem, quam sub Cedro lunatis calcis eleganter insilientem faciunt, ut pede non minus quam fronte Nobilitatem attesletur: iuxta quam, sit Hercules quidem adolescentior, Viperarum tamen Domitor: Cuius etiam iacens Panthera lanam occupet, macularum varietate non inelegans, & corrigendo aeris vitio, odoribus suavis. ac ne, quod ubique terrarum esse rarissimum, illic desit, phanicem, in eadem Cedro nidulari faciunt, qui & pennis aureis, & pinnis roseis illustris, cristatus etiam capite; & ostreus pede, sit Nobilitatis ingenua & nunquam intermoritur a Tellis domesticari: Quae etiam ne solus sit, generosum Aquila ipsi iungunt consortium: quae quod Regina sit Volucrum, ab ea Nobilitatis sua, in Vulgus notari cupiunt Imperium. Haec inquam multi pingunt, & alij multa alia, ne minus Nobiles videantur. Quae si in his Tempe Madrutij, cerneremus, id in suo loco iam intueremur copiosius, quod litterarum compedio Nobis tabella*

indicat potius, quam monstrat. Enimvero

*Madrutia si quis iam quaris stemmata Pauc;*

*Haec trahit antiquis Nobile Nomen Auis;*

*tac poterit quanos tibi ..... gradinos;*

*Nomen in Eumolpas quam vetus illa tulit;*

*Quantus ei Coris multum stat Pulcher Accesses?*

*Est quoque Meonia Nobilis illa domo.*

*Contugio Eibereos tetigit quoque Clara penates*

*Affinis ipsi iam prope facta Deo.*

*Mercur.* Rectè, & Nobiliter, Polymnia! Herous planè Madrutiorum sanguis est: tamque ingenuus ut eo se Roma, ac Patrie Patres suos purpuret. Sed, ut rectè tuus vates

*Stemmata quid faciunt?*

*Quis fructus Generis tabula iactare capaci,*

*Famosos equitum cum Dictatore Magistros?*

Nos, hinc porro moueamus, ad vicinam Arborem uti despicio, Fortitudinis Madrutiae Praeconem.

## FORTITUDO MADRUTIA HERCVLEA

*Poly.* Si id Fortitudinis Madrutiae Monumentum sit iure Quiritum, & more posteritati erectum: cernemus, Mercuri, Ipsam Herculem, aut Aiaceum sub eà arbore, quae Viris Fortibus, palmam facit, stabitq; aut hic, aut ille nervo suo, prope Columnarum lacertosus, cum Rege animalium Leone: qui Nobis etiam duobus

duobus animum sola Maieſtate corporis, uno oculi ſupercilio, uno  
 cervice criſtato natu, expellere. Priſci equidem fortitudinis ſug  
 documenta ex huiusmodi ſimulachris etiam tacentibus, ac marmo  
 reis poſteros ſuos, & alios docebant. Sed hem Mercuri hic pro  
 Hercule, & Leone Madrutio, medioximam vnam litteratam  
 Tabellam videmus, quæ paucis elementis Fortitudinis Her  
 culeæ ſupparem, nobis ex obuia Arbore commonſtrat!

*Merc.* Heroes Madrutij, non ligneis Herculis, aut Leonibus Saxeis  
 egent vt ſe fortes oſtendât, ſua ſe metiuntur in Haſta! &  
 ex viuus Læcētis non moritura Virtutis vegetum robur  
 docent: Quid? ex quamis arbore, palmas norunt d. cerpere. Ne  
 que Madrutij, ſunt Aſij Nepotes, qui ſæpe, Pumiliones  
 adhuc, vt ſe grandiant, in publico ſtatuant vāgrandes ſta  
 tuas, ac totā arborem poſeunt, cum vix vnus palmæ  
 ſint homines. Et cum lepūſculum intus alant, foris in  
 Galea, & lacerto oſtentant aliquid Leonis. Madrutij in  
 quam, non ſolent pingere, ſed facere magna, & fortia  
 pati; Quod Romanum duntaxat olim fuit, nunc etiam  
 Madrutium erit. Vt ſpectare voler, non hic ſtatuas mutas;  
 ſed loquentes vias Gaudentiorum Aliprandorum, Fortu  
 natorum, Victorum, Chriſtophororum, & ſimilium ex Ma  
 drutio ſanguine Heroū inſpiciat. videbit Herculeos Nepotes  
 Quis nec Centauris potuerit reſiſtere; Nullus  
 Arcadiæ Vaſtator Aper.

*Sed ne plura; Tū iam,*

*Scipiaſtas animo fortes Belloq; potentes*

*Inſpice, Madratios qui ſuis habere cupis.*

*Poly.*

Nec ego plura hic ardeo, ſive à Calamo, ſive a peniculo  
 mihi commonſtrari. ſolum Tridento Vtbi Gentis Fortiſſi  
 mæ Nouum Principem Iſtius Neptuno præſtabiliorem allubet  
 cit gratulari hac triga mea verſuum aliū progrediens.

*Hac olim cultus fertur Neptunus in vrbe,*

*Cui nomen fecit Veſte Tridente, Tridens.*

*Numine Te credis, tali benè viuere tutam,*

*Neptunoq; ſatis te Dominante, tegi.*

*Sed melius Te ſceptra regent Madrutia: qua ſunt*

*Nata ſacrum toties ſumere Sceptra Pedum:*

Et certè Hæc omnem facile hinc diuerteris Hæstem :  
Nam Sibi iam Quartum vendicat Ille pedum.

## APOLLINARIS SCIENTIA

MADRVTIANA.

*Poly.* Nunc ego, post erūsmodi Madrutianam palmam, gestio Laurum illam contacturi: sub qua Noster Apollo, ut Eruditum Madrutie Sapiencie, in his Tempe statueret Elogium Dumesticæ, Virginem destinauit locare, vulcū modeste exercitato, ralla veste longiori, & plica sic undante, ut corpus omne castè obumbret, Virgato interea per lembos aëra discurrente: iuxta voluit esse librum Omnis peritici Promi— condum: Psittacus quoq; in ea lauru insidere iussus, variegata pinnularum veste decorus, qui Amicos Musarum transeuntes amena garrulitate moraretur, & salutaret mirando alieni sermonis organo. Ac ne quis Orpheum hic desideraret, qui Eruditi oris lenocinio ad obsequium traheret; hinc surda memoria, inde prefacta saxa, illinc inconstantia flumina; acciri Philomelan, volucrum ditionem: illasque vicinæ vicinæ colle, vngula fontem Clarium Aganippeis Virginibus, erudito puluere fanigatis, potilente. Hanc inquam Laurum Apollinarè Madrutie Sciencie Symbolum oculis meis nunc efugio.

*Mercur.* Laurum quammox in his Tèpe videbis, Polyinnia: Videbis & Sciencie non vulgaris monumentum, sed vulgare; nec sub illa Appollinis Lauru, nec cum Vestissima illa Virgine; nisi Te sub Lauru, ea vestium & animantium circumstantia conspicuam præbeas, qua optas. Ac Viden iam ex arbore vicina Tabellam? in ea tribus verbis, totum Madrutie ingentis Sciencie præconium absoluitur.

*Poly.* Mercurulè nimis quam angusta hæc Tabula, ad grandem Madrutie gentis Litterosum Campum, tribus quasi literis memorandum? Nam.

Mènijs placuit Gens hæc ab origine Musis:

Cui vox exorta dixit Apollo: Mæca es.

At scio, quid negotij sit, quod Laurum decretam ab Apolline Musis Madrutis, nec dum conspicemur: nimirum in Philomela, & Psittaco more fuit aliquid: quorum neuter adhuc satis, pro istorum Tempe elegantia, habilis & scitus fuit compertus.

*Mercur.*

17

*Merc.* Age, verò Tu Polymnia ac tantisper adinstar illorum Subi,  
& melos accine, super fonte Aganippæo Pegasium; unde  
Ludouici illi, illi Friderici, illi Christophori, & vt plures  
taceam Madruceos, isti Caroli Tota vngula tam largos  
cruditi Laticis haustus facere: quod scirent, ab eiusmodi  
Aqua Generosum sanguinem magis inclarescere. sed ad  
Pegasium.

*Polym.* En! Sonipes, pennisque fugax, oculisque serenus,  
Dente minax, propero calce fatigat humum.  
Ebria colla iubis rutilant, multusque per armos  
Impetus, elatus spirat ab ore vigor.  
Non opus est volueri calcaria subdere costæ,  
En pede iam facilis, sponte volare cupit!  
Dum repetit quatiens iterato verbera collem,  
Funditur e medio Lympha beata solo.  
Carole, si cupias equitare, his cedere frenis:  
Quis olim solitus curere Bellerophon?  
Incepit nimio si uenias in scepe motu:  
Hic Sonipes poteris, Calce leuare sitim.

Sed hæc talia, iam Psittaco locutuleo, aut Philomelæ poe-  
trix, cum adierint, linquamus decantanda.

*Merc.* Plusculum subsiste, Polymnia: nam aliis occurrit hic fons,  
ipso Pegasio clarior; qui siccis labijs & ieiunis tuis haud  
prætereundus, habet is sinon ortus, certè ductus &  
successus suos, ab his Madrutijs Tempe: aio Nouorum  
illud Academicorum recens Phrontisterium: cuius Musæ, quod  
hodiequè magis clueant, ab ipso Carolo Principe (Mecæpate  
illarum dicamne, an Apolline?) habent.

*Polym.* Quàm mihi sitim exacuis, Mercuri! cum eruditi fontis  
huius propinas literatarum fluorem, quo se doctissima Acces-  
sorum ora prolucere certatim rideo Tridenti: dum hinc à Peri-  
pathetico Aristotelis curriculo, inde ab Vlpiani stadio ex-  
ercitati, subsecutuis horis illuc conflunt, exantlantq;  
& sibi affundunt, plenis eruditatum quæstionum hau-  
stris, quod in alios, toris passim Cymbijs effundant:  
Sci, vt.

Quo

*Quo plus sunt potæ, plus ficiantur aqua.*

Macte animi, Carole! ----- Sic ibis ad Astra;

Nam quot hic Apollines, & Musas Apollinum foveas;

Tot Te nomenque tuum

Cantantes sublime ferent ad sidera Cygni.

## VIGILANTIA MADRVTIA

Theſeana.

*Mercur.* Ecce, Polymnia! hic in alia Noct aliam ruides Iliadem. Nam Topiarius hoc modico scutulo, clauſſe Heroum Madrutiorum *Vlyſſeam plane Solertiam, laborem, ac vigilantiam Polym.* Quid! imò aliquid maius Iliade, nedum hac ipſa literata tabella video; quod ſi exprimere in his Tempe quis velit, penè omnes delibratos arborum cortices ac Libros ſtilo exaret, neceſſum eſt Ecquæ enim Solertia Madrutiorum, pro bono publico, non euigilauit? Sed iſtic locus non eſt memorandi omnes. Vnus tamen illi *Remus in purpura, ſubſolatus, Chriſtophorus* inquam Madrutius iſtic non eſt obliuiſcendus. Quanta, Mercuri, ille præſtitit Orbi, ſue *Fascibus Inſubrum* præcellentiffimus! ſue *Brixiana Inſula, Reuerendiſſimus; ſue Tridentino Pædo. Illuſtriſſimus!* ea agnouit Auguſtus Imperator Carolus V. qui vt Madruciorum probatiſſimæ induſtriæ, ac ſolertis vigilantia, apud eos, monumentum liqueret Caſarium; Muneratus eſt illum ipſum magnum Chriſtophorum *Periſſromatibus Campanicis auro Siculo, & emblemate vario riſendis.*

*Quorum, vt conſpicerent opus admirabile, Sæpe*

*Deſeruere ſui Nympha Vineta Timoli.*

*Deſeruere ſuas Nymphe Pallolides vndas.*

*Mercur.* Amabo, Polymnia! quid in iſtiusmodi Tapetijs vel penicillo ſinxiffes, vel texuiſſes acu, vel calamo ſcripſiffes, ſi tuæ curæ fuiſſet, inibi Madrutia vigilantia induſtriæ erudita Symbola fabre facere? nunquid hic horologium inſomnem temporis Diribitorem? ibi lampadè inertium tenebratum expultricem? & iſtic ſi non Galum, certè Gruem Vigiliarum antiſtitem?

*Polym*

*Poly.* Hæc ipsa inquam, & non alia: Vt proinde allubescat iam  
animo, in eiusmodi talia hæc occentare. 21

## HOROLOGIVM MADRVTIÆ

### SOLERTIÆ.

*Ecce, hæc quam properat sapienti machina cursu!*

*Et tamen è plumbo commouet illa pedes.*

*Quo maiore etiam premitur sub pondere, tanto*

*Maiori properat fortiter acta pede.*

*Judice porrecto certas porrò indicat Horas,*

*Distinctumque solet denumerare diem.*

*Nimirum hoc poterit nosci Vigilantia Signo,*

*Qua dici virtus Præsule digna potest.*

*Sic quoque Tu Ipse etiã stas Clepsydra, Carole, nobis.*

*Nam qui Te sequitur, fallitur ille minus.*

## LAMPAS NITELÆ

### MADRVTIÆ.

*Quàm suavi Lampas defundit fulgure Lucem,*

*Atque oculos vigili verberat è radio!*

*A Phæbo mutuam credas cepisse nitelam;*

*Luciferoque suam deposuisse Comam.*

*Madrutiòs puto, ait sic inclarescere factis,*

*Ut Lampas vitreo fulgurat è Speculo.*

## GRVS VIGILANTIÆ

### MADRVTIÆ.

*En, Grus quàm presso lapidem benè gestat in vngue,*

*Excubitorque sua pro statione manet!*

*Nihil audax cedit somno infestissimus hosti,*

*Et vigilans serias durus in vngue trahit.*

*Nunc vigilans Præsul lapides quoque Carolus ambit,*

*Ipse sua. In Mitra, gemmas dum gerit Ipse sua.*

*De Gallo* Vigiliarum Episcopaliù Monitore, alia aliàs occinam.

*Nam, benè Madrutijs conuenit Ipse Aquilis.*

*Quid porrò noua Arboris ac Virtutis monstras Mercuri?*

PRVDEN-

## PRVDENTIA MADRVTIA

VLYSSÆA.

*Mercur.* Merum istic video, sub qua si Tu, Polymnia, Nympham videres, exercitato vultu, cum speculo meditantem, & loquentem cum serpente, animalium catissimo quasi Catone; nonne iam autumares, Madrutix erectum hic Prudentix viuens Tropæum? Poly. Aliud non possem: cum illiusmodi Arbos, prudentissimè florem suū in ætatem seram procrastinet, minus quàm alia, Vernatibus auris fisa: quod in illis præcocibus, videat inopina sepe Coeli inclemens fallacia, Annonæ spem decipi, & frustrari expectationem. Enimverò, nonne

*Et speculum, & colubrum manibus Prudentia gestat,*

*Ac circumspectum porrigit ore diem?*

*Utque Boni à pravis habeant, quod discere possint,*

*Viperæ prudentes hic docet esse homines.*

Porro iam non est, cui ex vana spe præsumptus, quàm Viris Madrutij Prudentix vestigia notemus, qui tot per tantas hominum retrò vititates, ad Bonæ fortunæ portus nunquam adeò fortunatè enavigassent, nisi in Hanc Prudentix Remū toti incubuissent. Habet Madrutia gēs suos Nestores in Toga & Sago p̄stabiles: quos Germani Cæsares in Gaudēijs experti sunt; in Christophoris Reges Catholici; in Ludovicis Pontifices Romani. Certe Romana Purpura, tanti adhuc Madrutix Frontis auctoritatem fecit, ut se minus illustrem crederet, nisi ab ea fulgeret. quid? non Neminem eorum famigerant, sua Prudentia ad vsq; supremum Romæ navis clauum fuisse eluctaturum, si Romuli nepotes minus Romani fuissent.

*Merc.* Nequè hodie Carolus, tantorum Catonum nepos aut in manu annulum portat, aut in fronte Mitram gestat, si ne hæc Gemma Polym. Acsi verum dixit, qui olim

*Omnibus hæc Vnam iunctam virtutibus esse,*

*Prudens ipse etiam dixit Apollophanes:*

*Si iam*

Si iam Fronte tua, proffet Prudentia; cunctas,  
Carole, Virtutes, quis neget esse Tibi?

Sed ne Morus Hæc nos diutius moretur: iuuat hinc fran-  
gere moram pedibus, & alias oculorum moras necere.

## TRAIANA MADRVTIORVM. CLEMENTIA.

*Mercur.* Quid Polymnia, vtrinqueseçus, oculis adeo emissistijs  
lustrabanda spectas? an odorifera etiam nare, quidpiã  
vestigas? *Polym.* Duos necdum in hisce Madrutijs Hor-  
tis, flores video, qui sicut in profapia Caroli vigere so-  
lent; ita in ipso Carolo, velut Areola nobili vernare il-  
los assiduo vident multi: Eumque alter Episcopum, al-  
ter Principem facit odore suauissimo commendabilem.

*Merc.* Quis tu Polymnia, scilicet in hac multesima florum &  
arborum varietate desideras? *Polym.* Par inquam, nobi-  
limæ florum; seu maius, *Unam Madrutiarum Virtutum Bigam,*  
qua ipsi ad tantos Honoris & famæ apices ascendunt.

*Merc.* Iam ominor: *Tu de Clementia, deque Religione Madrutia, hæc*  
*Episcop, illa Principis virtute aliquid contacti, hæc inter ar-*  
*borum spectacula, velles.*

*Merc.* Mitte animi! hæc talia, si portò gradimur, in oculos,  
& pedes ipsos in cursabunt. & ecum! in rem presen-  
tem tuam venimus vident enim Polymnia, *istic leuis*  
*ad Otiuum; Principem Virginem? vident quem nobis in le Ra-*  
*man, non le sa porrizat mira? benigna vultu, intuitu mo-*  
*desti, & salata? vident etiam iuxta Elephantem tardigra-*  
*duum, quæc infestatem, nec sanantem nasum crispantem? si*  
*hæc vides, Clementie Mæstæ, Virtutis Principe ac Prin-*  
*cipatu digna, Symbola vides.*

*Polym.* Vtraque video, & belle! nam Elephas, & si  
mole vastus, proboscide sagax, & dente minax  
dente minax

dente minax sit; clementer tamen ad vindictam tardus  
incedit; & cum iræ non desint organa, vindictæ tamen  
rara capit; hoc ipso, qui inter animantes, pro Leone,  
impetium, capiat dignissimus. sanè.

*Judicis hic multo spectandus robore Barrus,*

*Ira cui nullo stat furiosa loco.*

*Quis placitum in nubibus monstrat de vertice dentem,*

*Lætæque cui tacito stat pede grata quies.*

Hic, inquam Spectatores monet de Elephantibus, hæc  
paullo alijs; qui ex Madrutio sanguine pefuetti, & man-  
fucti, innato Clementiæ Fato, spectabiles inter mortales,  
imperium nacti fuere; tot felicibus hodieq; *Pedis, & Aquilæ*

*Mere.* Clementia equidem liberalis, vna de alijs virtus est, sine  
quâ alij possunt, etiam Principes, esse; sed minus Com-  
modi. Scio, Iræ & Vindictæ suam quoque Principi Sa-  
rellitium esse debet; ne vt ovis inter homines sceptrum  
ipse teneat. quin & melleis Apibus, aculeo etiam opus  
fuit: quæ Regi tamen, illi natura negavit, quod Prin-  
cipem dedecet esse minus clementem.

Hinc Madrutiorum Aquilæ, dum Apleularum more, plus  
mellis, quam fellis legunt & fundunt, felicioribus au-  
spicijs sublimè volant. & eorum

*Peragit tranquilla potestas*

*Quod violenta nequit.*

*Polym.* Audistin' Mercuri, hoc vnum de melioribus Eutrapeliz  
dictis? hæc inquam, aiebat Madrutius, qui ad Romanum  
Petri Clauum vocarentur, nullum aliud posse nomen au-  
spicari verius, quam quod iam in antecessum ab Ipsa ma-  
tramatrima Clementia obtineant. *Mere.* Amènè hoc, & At-  
ricè dictum: nec ipsis Romanis Gratijs inuidendum, No-  
minis æquè Boni, ac omnis auidioribus. Ego, Medius  
Fidius, autumo, qui Vespasianam, qui Traianam Beni-  
uolentiã aueat; op' haud esse vt reduces Vespasianos & Tra-  
ianos extra hæc Madrutia Tempe, vestiget: vbi numerã-  
tò, & qui vt ille, omnibus benè, & vt iste, nulli Bono  
male velit, & fieri iubeat.

MADRUTIA RELIGIO ENTHEA. <sup>25</sup>

*Merc.*

Sed heus Polymnia. festinato opus gradu, si non dicam plura alia, sed *Unam tantum Ficum, Raminali, & Romulea illa* haud paulo auspiciorem visere, delectet oculis. Adproperat enim Hesperus tacitis vestigijs, hoc serò diei, alios istuc in vitaturus, qui famem oculoꝝum & aurium, his quoque lautijs, & allebrijs obsonent potiùs, quã saturèt. *Poly.* Quã Tu mihi ais *Ficù ? Merc.* Illam aio, Sub cuius incutuilcente fructuum vbertate, conspicias, quam amas *Religione Madrutia conspicuam virginem.* Eo loci equidem, ipsa os humerosque Deo similis existit; ipsi caelo inconnatis fixa oculis, quod supernè, quod infernè est, secum expensius trullinans: indutu vestium decore modesta, nil in pede columbinum, nil in vertice Pauonium imitata: Se passim, etiam extra Speculum, contemplans, quid potius caeli oculis, quàm suis & aliorum lubescat, quastura: hinc & inde muntribus Superos cumulans; seu placeat, illis pio Turis odore seu delectet puro Columbae uono utare. quæ *Et* suum numen incoram habeat presentius. *Cervus Eustachij, Christum è patibulo sublimem cornibus ostendit.* *Pic* id, & ad Madrutiam Religionem Modestiamque appositè! quin huic vicinamus Arbori; & sub ea, quod Madrutios immortales facit, cominùs intueamur. Papæ! iam eminùs cerno illam Ipsam Nympham Entheam, Madrutiorum Religiosæ modestiæ Alumnam, augustiore etiam, quàm dicas, cultu. Illi nam,

*Poly.*

*Hinc bysso nitidi pares capilli  
Per castos volitant decenter artus:  
Quis sol de roscio refulget ore!  
O quàm fronte dies serena claret!  
Ludunt purpureum gene colorem;  
Et certant roscio labella flori;  
Et castis Toga stat modesta membris:*

¶

Ac vt

Ac ut hæc talia sisleam, quàm illa columbula Madrutij  
Aquilis conuenit, superis gratissima cœtis!

*Collo ardet varijs gemmata coloribus ales,  
Castaque cum gemitu concinit ore melos.  
Quàm simplex niueas de corpore projicit alas,  
Rostello nullum dolâ ciere dolam.  
Gratior illa Tibi merito sit Carole; nidum  
In medio ponat corde quoddam illa tuo.*

*Mercur.* Sed quid Polymnia, Madrutij religionis præconia ex pi-  
ctis animantium formis trahis, cum è solidis Madrutiorû  
factis luculentûs queas? Nosti ipsa,

*Quot Numas Orbi genus hoc ministrat!  
Quam pios semper dederit Metellos!*

Vnum ex ea gente Ludouicum, sacra purpura illustrissimû  
adspice, & in eo veluti compendio Herculeos atque Mer-  
curiales pro fide ac religione sudores numera; quos ipse  
fuit, seu quos Inquisitoris iure contra Hæreseon Chimerâ  
uti facer Bellerophon exhauit. In eo certè vno & Lu-  
theri Bombomachides cordatum Lysimachum, & Calui-  
ni Stentores caurum Hannibalem reperere.

*Poly.* Possam, & aliunde Mercuri, non minus palmarium reli-  
giolæ in diuos, & liberalis in homines Beniuentiæ tro-  
pæam adspicere ex Vicinis illis Aris, quas Ipse Gaudentius,  
ut virtute Madrutia, sic Mauortia inclutus, Rina, fieri fecit,  
& ære multo, & cultu sacro, & bono publico ad  
Sanctioris Fama perennitatem. Quas Aras Quisquis cum  
Carolo Nepote spectas, factis in mentem tibi sit, Bractea-  
tum illud Trismegisti Verinerbium; omnes pietate, religione, cultu  
ac veneratione Dei inclarescere. Hæc enim Quadriga vna est,  
qua Principes ad immortalitatē Vitæ ac Famæ aurigantur.  
Extra quâ, possunt illi & alta petere, sed ut casu grauiore ru-  
ant: possunt & se sublimes efferre; sed pennis tandem Ica-  
rijs alati: possunt & irradiatis Vectabulis Cæula Cæli insu-  
bite, sed cum Phaetonte ad ima repedaturi. Et ego hic  
in vtram-



# CAROLO EPISCOPO AC PRINCIPI OBLATA.

*Merc.* **H**æc! *Superi ipsi sunt!* Cælum ipsum, in terram hanc Athelinam, oculos conuertit; hodieque immortales delectat, Ipsum Carolum Principem *Mortalem* uisere; Illiq; inter hæc domestica Tempe, sub Intercolumnijs, confidenti, honorem Principis gratari, ac velut Principem inauthoratum munerari.

*Pr.* Iouem ego ipsum, Phæbum ipsum, & ipsos aula siderum ceteros Palatinos conspicio, Mercuri! amabò, Tu mihi præsentem incoram Diuos arbitrandi occasionem gratificat: Nil enim tuiquam quædam, tam exordia. Ipsa sidera loqui audire, & alloqui. Ecce iam Iupiterem, Ipsa fulminante manu, exordium sermonis parantem! quin Nos, lanceis pedibus, accedimus; & taciti siderum dicta, factaq; uacuis Aurium ædibus excipimus!

I.

## IUPITER CAROLO SVVM FVLMEN AD FERIENDVM.

*Carole, tolle mei caelestem Fulminis ignem!*

*Interdum ut serias est Tibi Fulmen opus.*

*Si vis e sacro quem Templi excludere catu:*

*Istac summe tibi Fulmina summe, Feri!*

*Pr.* Audin' Mercuri quàm Iupiter pro Episcopo appositè! Equidem sacri Antistitis est, sacro fulmine uti, & è Phano prophanum facere. *Merc.* Sed non ita extemplò, & ut aliqui, cribro crebriùs: Nam etiam, Iupiter, Si quoties, peccant homines sua fulmina mittat; Iupiter exiguo tempore, inermis erit.

PHÆ-

II.  
PHÆBVS SVVM RADIVM ET  
RHEDAM AD SPLENDOREM.

*Carole, vis radios; vis nostrum Carole, Currum?  
Currus non faciet Te phætona meus.*

*Poly. Non faciet Ædopol, cum Ille sit Currus & Auriga Israelis Athefini.  
Sed quid, lumine Phæbe?  
Carolus Ipse suo numerat tot stemmate Soles;  
Dic; Aliquid radijs luminis adde Meis.*

III.  
LVNA PLVRIVARIOS COLORES;  
SVOS AD VARIETATEM.

*Pallida precipito numerosos Cynthia nimbos;  
Hippotadis fratres sed rubicunda. voco.  
Prodit ab auricomu lucidus axe nitore.  
Carole, vni varios; hos accipe, tolle colores!  
Istis esse potes Tu quoque Verficolor.*

*Poly. Carolus Hic Vni solet indulgere colori:  
Cui Solus Candor gratior esse potest.*

IV.  
SATVRNVS FALCEM, AD  
VINDICTAM.

*Sunt Tibi, Antistes, curuam quam defers Falcem  
Caderis siqua viles, illa secare potest.  
Insidijs si forte tibi vitam appetat hostis;  
Hac potes vna hostem mittere Falce neci.*

*Poly. Quid saturne; tuum properas obtrudere ferum?  
Non bene conueniunt Falx simul atque Radium.*

MARS

V.  
MARS GALEAM  
AD VERTICEM.

*Hanc tibi Mars Galeam pennis crispantibus offert,  
Munera ferre etiam commodiora nequit.*

*Poly.* *Commoda nec sunt hæc: procul hinc cum Casside! Sacro  
Infula iam Capite hoc, vult sibi habere locum.*

VI.  
VIRGO SPICAS AD MANVM  
ALMA M.

*E nostris manibus tibi dono Carole, spicas.*

*Virgo Do Cererem; det tibi Baccum Alius.*

*Poly.* *Accipe quæ donat Virgo tibi dextera; namque  
Ista, Tua manus quadrat utrique, Manus.*

VII.  
AQVARIVS AQVAM  
AD VINVM.

*Anxius hic dubito, quod dem tibi Carole, munus:*

*Nescio, num pluuia forsân habere velis?*

*Nam quid aquas cupiat, cui tanta est VITÆA? verùm;*

*Nec sine aquis etiam crescere vina solent.*

*Poly.* *Vinulè istud & C' lapidè! quàm etiam sanè, si nec absque  
illis biberentur!*

VIII.  
CAPRICORNVS CORNVA  
AD IMPETENDVM.

*Ista recurua, sacer ne respue cornua Præsul;*

*Addita muneribus, quæ volo bina, tuis.*

*Uttere, si stygius Te vult lacerare Iycæon;*

*Siquæ Tuum cupiat dente vorare Gregem.*

*Poly.* *Desist: non opus est, hoc Illum munere dones  
Nam quæ suum cornu iam gerit Ille Pædo.*

ARIES

IX.  
ARIES VELLVS AVREVM  
AD PRÆMIVM.

*Aurata induens Lana circumfluo: quàm Te  
Jam nostro vellem Vellere, Carle, tegi!*

*Poly.* Rectè, & insignitè! Nam Bonus Pastor, oves quàm gloriari, condere doctior & solentior, vellere etiam Auræ dignandus.

X.  
LEPVSCVLVS PEDES SVOS  
AD EFFVGIVM.

*Carole, quo possis hostiles ludere fraudes;  
Hos tibi Veloces munere dono Pedes.*

*Poly.* Fortia Magnanimi corda Leonis habet.  
Et a viso Lupo fugere, non Pastoris Madrutij, sed cuiusvis Mercenarij est.

XI.  
PISCES SQVAMAS AD  
ENATANDVM.

*Nec sine muneribus, decet huc accedere Pisces:  
Cumq; aliud desit, Carole, squama datur.*

*Poly.* Accipe; nec spernas prodentis Tibi Carole, squama;  
In Curæ magnis quando natabis Aquis.  
Et quanti, o Mercuri! quanti in istiusmodi Curæ Hominum Sacra non Vado, sed salo hærent nauifragabundi, quòd & Squamis, & Branchijs, & Remis, & Remigibus sint minùs, velificando, instructi? Ars artium est, & onus Angelicis humeris formidandum, conscensa Animarum Oneraria, ad clauum sedere; feliciùs, multi, inter Scyllam & Charibdin enafent.

LYRA

XII.  
LYRA SEIPSAM AD IOCALIA

Utere me, digitis & fila micantibus urge!  
Si me percutias, non lacrimabo, canam.

Poly. Olyra, deliras! non gaudet ludere Princeps.  
Omnibus in rebus serius esse, vult.

XIII.  
LEO ROBVR AD LABORES.

Inter ego merito numeror leo sidera; quando  
Hic etiam Lepores est reperire aliquos.  
Non alijs soleo ferre, sed eripere.

Poly. Opportune, & Athleticè, quantis enim Carolo vsus est  
lacertis, si hinc Episcopi suum Pedum, illic suum  
Principis Gladium, vtrunque Hercules Claua ope-  
rosius, dextrè ambabus, cuibrare velit, ac iubeat?

XIV.  
NAVIS SEIPSAM AD CÆLI  
PORTVM.

Utere, Taque meis caelestia ad aquora velis:  
Dirige me, Princeps, quod mea Vela placent.

Poly. Carolus in Cælum, nolet iam nauibus uti:  
Madrutijs Aquilis quando Volare potest.

PEGASVS

LYRA

XV.  
PEGASVS SEIPSVM, AD EQVITANDVM  
CÆLIVS.

*Elyfios, Princeps, commigraturus in Hortos,  
Si placet; esse tibi genitio Bucephalus.*

*Poly. Pegase, vasta nimis tua sunt corpora: Calum  
Carolus Angusta vult penetrare Via.*

XVI.  
ARA SEIPSAM, AD LITANDVM

*Me Tibi iam totam, me dedico, Carole: sacro  
Utere iam nostro, si Inbet, Obsequio.*

*Poly. Te quantum Emmanuel, quantum Bona sidera Curant!  
Ipsamet hic Ara est Hostia facta tibi!*

XVII.  
TAVRVS SVA CORNVA.

*Hæc ego bina tibi mea Carole, cornua dono:  
Queis, si te infessent Dura, ferire potes.*

*Poly. Istuc quàm melius portasses cornua Moïsis.  
Nam hæc capat sacrum Præsulis ista decent.*

XVIII.  
CYGNVS PLVMAS AD QUIETEM.

*Carole, iam nostris etiam fac utere pennis;  
Istæque tuo Candens stet mea pluma thoro.*

*Poly. Desine cum plumis; discede Caystria proles:  
Nec sit de somnis, nec tibi sermo thoris.  
Qui vult Pastoris Vigilantis reddere munus,  
Is nunquam plumas curat habere tuas.*

DRA.

## XIX.

DRACO MALA AVREA AD  
HORTVM.

Hac ego de causa nunc inter sidera versor,  
 Quod me nulla quies vicerit, atque sopor.  
 Horto, etiam Alna sub, vigilans me Luno creabat,  
 Aurea ubi fuerant mala sacrata Dijs.  
 Ex illis tria adhuc solum mihi Poma supersunt  
 Aurea: quæ capias Carole, mala Tibi.

Poly. Cardic, nulla recusa Mala, si Aurea: hoc ipso bona, quia  
 Aurea.

## XX.

CANIGVLA SE AD IMMORTA-  
LITATEM, ET VENATIONEM.

Olim immortalem sparsit me fabula nasci:  
 Infidelis hoc hominum maxima turba mihi.  
 Rumpatur tamen usque licet, dabo talia nulli  
 Munera: Madrutia si velis, illa dabo.

Poly. Deberes aliud, quam quod tibi fabula donum  
 Indulset, nostris apposuisse Choris.  
 Turpe est, Pastorem fabulis pascere nostrum:  
 Falsa etenim refugit, vera amat ille magis.  
 Da Stellam potius, calido quam porrigis ore;  
 Infula enim Hanc melius, quam tua rostra, geret.  
 Et vel in obsequium te totum Principis offer,  
 Si dare vis nostræ congrua dona Ducis.  
 Nam qui sapere solet venari sidera Prasul,  
 Cælestem merito debes habere Canem.

X X I.  
SCORPIVS, QVOD NON HABET.

*Ne tibi nil donem, cape Princeps Carole, quicquid  
Jam mihi Præcessor sustulit Ille Tuus.*

*Poly.* Satis acutè istud, Mercuri! Nam cum tantis retrò seculis Ip-  
si *noxia caudæ* maleficium D. Vigilius *excaudicavit*; nunc ar-  
tificio, dat Carolo, etiam quod non haber; sponte cedens  
veteri spolio, & *veneficam Caudam*, inter noua obsequellæ  
munia numerat.

X X I I.  
CASTOR ET POLLVX SE AD AVLAM.

*Nos duo, Syleria Aulæ par nobile Fratrum  
Vestimus oblectamur, erimus duo Carole, Ephebi.  
Quid? si vis, Famuli iam quoque Nos erimus.*

*Poly.* Accipe, Carole! accipe Hos Geminos, vno amore concordēs.  
*Rara avis in Aulis est concordia Palatina* Nec tibi iam alius,  
splendidiùs *Castore, & Polluce*, scriuiet.

*Namque tua Princeps, eris illustrissimus Aulæ,  
Si fuerint Famuli hæc Sidera bina Tui.*

X X I I I.  
CANCER PVRPVRAM AD DIGNITATEM

*Vino ego, & erubeo: nam qui inter Sidera cœtus  
Sum toties, tandem debeo habere Crocum.*

*Hunc tibi, qui reliquus tibi Carole, dono ruborem.  
Namque decet Gentem Purpura multa Tuam.*

*Poly.* Hic iterum serò rucisti ad limina Cancer:  
*Madrutij's pridem hæc Munera Roma dedit.*

*Mercur.*

- Merc.* Nemo Polymnia, serò venit, qui munera apportat. Nec, Tuus Carolus solum, quid *Roma* dederit, sed quid dare possit, considerat. Sed hem! iam nostri *Calicole*, ad supernates oras, ex ordine reuisunt. Ego impræsentiarum, illorum Pedissequa, sequi, & Agmen claudere habeo, qui aliubi Diuum Antecambulo, præire assolui. Tu, in his *Viridatijs*, quod reliqui est, specta cum alijs; & *Carolo* *Emmanuele* *Tuo*-meoque fructe: cò quidem etiam adipaliùs, quò magis (vix Magnus Ille *Emmanuel*) *Butyrum* & *malisse* *volet*.
- Poly.* Fruar indubè, cum is non tam suus, quàm suorum esse amet: malitque, suam *Lucernam* in *Candelabro*, vt omnibus; quàm sub modio, vt paucis luceat, ardere. Sed age quod agis, *Mercuri*, dū hinc *pedibus* *lanæ* *Dij* *recedunt*, Tu tuum quoque *Carolo* *Tuo* *meo* *que* *Donum* *gratificare* *Mercurio* *Atlantiade* *dignū*; imò *Basilicū*. Tu *Cancrum* *illum* *purpure* *sua* *loricatum*, etiam *Ostipedem*, *solis* *talatibus* *tuis*, *ex* *facili* *aliquem*.
- Merc.* Istuc *Bono* *Tuo* *Genio* *parco*, non *meis* *Ingratijs* *Polymnia*, & *abco*, *Diuum* *abeustium* *Aflecla*.

MERCVRIVS SVVM PACIS CADV-  
CEVM, AD REGIMEM.

*Mergo*, *Caduceum* *tibi* *Carole*, *desero* *nostrum* &  
*Vix* *magè* *conueniens* *Munus* *habere* *potes*.

*Hanc* *tibi* *sume* *meam*, *quam* *dat* *tibi* *dextera* *Virgam* &  
*Conuenit* *illa* *Tuis* *Aurea* *Virga* *Pedis*.

*Namque* *Caduceum*, *Pacis* *tibi* *signa* *propinat* &  
*Quam* *fulgere* *tuo* *conuenit* *In* *perio*.

*Curre*, *age*, *pacifico* *Tua* *Munia* *dirige* *gressu* !  
*Atque* *Tuas* *felix* *corrigere* *Pastor* *oues*.

*Quando* *Caduceum* *tollet* *tua* *Carole*, *dextera* &  
*Tartareus* *fugiet* *mox* *tua* *signa*, *Lupus*.

*Ac* *velut* *Alicides* *Clauam* *modo* *Cerberus* *horret* &  
*Sic* *metuet* *virgam* *Tartarus* *ipse*, *tuam*

*Plurima*

*Plurima quò paucis concludam Carole, Pacis  
 Opto tibi, multæ ut plurimus annus eat!  
 Opto, Caduceo Peda stent felicia nostro!  
 Neque tibi fas sit, viuere Nestoreos!  
 Quid? Tua quot curis palleſcet Mitra: Tot, Opto,  
 In Cælis, Diuum fulgeat ut Radijs!*

*Poly. Inunc, Mercuri facunde Nepos Atlantis! I felicibus alis! Æca-  
 stor, nec poteras melius; nec aliud magis Baſilicum, Epi-  
 ſcopo-Principi offerre, quàm hoc Tuum Caduceû; Almæ in-  
 quam Pacis Auream virgulam! Ad quid enim accepta Jovis  
 Fulmina, oblata Mauortis Galea, & cætera Siderum talia; ſi  
 Concordiæ Flexamina deſiat Atlantis virgula? Nimis regit,  
 minùs paſcit, qui Gladio hinc, qui Pædo hinc inniſus, de Pa-  
 ſtoritia Fiſſula, & Pera minùs inſtruitur. At, quid ego iam  
 hic, plura mecum quaſi Acciſo? Et meum Heliconem, ubi  
 plumbeis auribus ſola audiar, Madrutia Tempe hæc locutura,  
 non repeto? Iſtuc, faxo ut faciã pedetentim, ſi priùs hoc  
 meũ Poſtbumum Diſtum, hic ad Aras Fame Poſtumæ lætabun-  
 da liquero*

*Vocali Nymphæ que nec reticere loquenti,  
 Nec prior ipſa loqui didicit Reſonabilis Echo,  
 Reddere de multis, ut verba nouiſſima noſtris  
 Ipſa Tibique, Tuiſque, Alijs que, hæc Carole poſſit.*

## XXIV.

CELEVSMA; QVOD POLYMNIA  
 TRIDENTINA, ECHONI MADRVTIÆ  
 Feſtum Acclamat.

BENE TIBI  
CAROLO, O CAROLE!  
TOT SIDERVM, TOT NVMINVM  
MAXVMORVM, ET, MINVMORVM  
FAVENTIISQVE, ET LVBENTIIS,  
AVCTE, ET AVSPICATE!  
MACTE ANIMI TVI  
CAROLE!  
HINC PEDVM,  
INDE GLADIVM,  
ILLVD PASTORIS BONI  
ISTVM PRINCIPIS IVSTI  
VTRVMQVE TVVM  
AVSPICATOR,  
ET VTITORI  
ISTO ÆQVE, VT TRAIANVS:  
ILLO SANCTE, VT VIGILIVS:  
VTROQVE BENE VT  
MADRVTIVS.  
ISTVC HODIE,  
IMMORTALES IPSI,  
SCÆVA BONA OBSCÆVANT  
IPSI MORTALIBVS  
ABSTE VNO, ID VNVM  
EPISCOPO--PRINCIPE,  
VOLENTIBVSQVE,  
VOVENTIBVSQVE,  
AD SVO-TVAS  
HONORIS ET FORTVNÆ  
A R A S  
CERNVIS.

L  
L

S:  
S:

r 13

BIBLIOTECA  
COMUNALE  
TRENTO

I

I - Op

a

24

M A D R V T I A  
T E M P E

SEV

GENTIS AC VIRTVTIS

R V T I Æ

RIA DECORA

Æ CVM

ET REVERENDISSIMVS

O L V S

MANVEL

ORVTIVS

VS TRIDENTINVS,

S. R. I.

PRINCEPS AVTHORARETVR

SOCIETAS IESV TRIDENTINA

Publico plausui voce profa & versa  
Exornauit.

TRIDENTI, Apud Ioannem Albertum.

Anno Domini. M. DC. XXIX.

*Superiorum Permissu.*